

F R I G O R I S E T G E L V
DE FRIGORE ET GELV.

V I D per frigus & gelu intelligamus, tam i
notum omnibus esse arbitror, quām est sua
(quod dicunt) unicuique domus.

Tēpora Aere puro & sereno, gelu temporibus opportunis 2
serenitas ualidius fieri, quām obscuro, pluvio & nubiloſo, pue-
ti dicta. ris senibūſque notissimum esse non diffido.

Gelu per hyemē ferē totam & veris initia, finēm- 3
que Autumni, nobis admodum familiare esse, fidem
facit experientia.

Gelu rōrem sēcum non agnoscit, sed eius excitabulū 4
& fomentum in pruinam plerunque uertit.

Gelu se- Gelu coruscationem, tonitru & similia, raro (saltem 5
quentia' & fugien apud nos) sibi alligat: nebulam multo magis: quae eius
tia. intemperiem sēpenumero auget.

In aurora & sub uespertinum crepusculum frigus 6
intensius, quām circa meridiem nobis est: ob radiorū
solis imbecillitatem.

Gelu re- Gelu insigne, siccitatis causa esse potest: nam humi- 7
siccare. ditatem densat, & laxas terrae partes admodum
constringit.

Prima anni gelicidia si cum pluvia dissoluentur, cæ- 8
* era omnia quae eidem anno contingent pro maiori
parte ita dissoluenda contendunt.

Vēti fri- Initiate gelu si orientalis uentus spirabit, uel (quod 9
gora au- sēpius sum expertus) septentrionalis, frigorū inten-
gentes. sam durationem expectabis.

spirante